

episcopus. Engilhardus Nuvenburgensis episcopus. Conradus Radisponensis episcopus. Thidericus Misnensis et Orientalis marchio. Otto dux Meranie. Albertus comes de Euirstein. Henricus de Svartzburch. Ernestus comes de Uelshecke. Elgherus comes de Honstein. Albertus comes de Clettemberg. Burchardus comes de Scartfelt. Henricus comes de Luterberc. Anselmus marscalcus de Iustingen. Wernerus dapifer de Bonlande. Walterus pincerna de Schipfen et alii plures.

:Signum domini Friderici secundi Romanorum regis invictissimi et regis Sicilie.: (M.)

Ego Conradus Methensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sigfridi Moguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii 10 recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ccc. xv̄., indictione iiii., regnante domino Friderico secundo, Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie glorioso, anno regni eius in imperio tercio, regni vero Sicilie xv̄r; datum aput Herbipolim iiii. idus septembris.

15

(S.)

212.

Bischof Friedrich zu Halberstadt gibt dem Kloster Marienthal den Zehnten zu Heimenwurden, welchen von ihm Landgraf Hermann und von diesem Graf Sigfrid von Blankenburg zu Lehen gehabt, aber aufgelassen haben. 1215 [Januar—September]. 20

Hdschr.: Or. Perg. Landeshaupthauptarchiv Wolfenbüttel. Die S. des Bischofs und Kapitels an rothen und gelben Seidenfäden.

Gedr.: Schmidt, Urkundenb. des Hochst. Halberstadt 1,433.

:In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus dei gratia Halberstadensis ecclesie episcopus imperpetuum. | Ut ea, que in nostra presenciam ad ecclesiarum commo- 25 dum statuuntur, a posteritate calumpniari non possint, sed potius in perpetuum | robur obtineant et vigorem, notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, quod, cum dilectus fidelis noster vir nobilis et princeps illustris Hermannus Thvingie lantgravius et comes palatinus Saxonie decimam quandam in Heimenwurden de manu nostra iure pheodali teneret et comes Sifridus de Blankenburch de manu sua 30 ipso iure teneret eandem, idem comes proprie intendens saluti ipsam decimam lantgravio resignavit petens una nobiscum humiliter et devote a memorato lantgravio, ut et ipse nobis resignaret eandem. Qui tam nostris quam ipsius precibus benivolum prebens assensum predictam decimam nobis per patentes litteras suas remisit liberam et solutam. Quo facto comes predictus nobis omni, qua potuit, precum instancia supplicavit, quatinus 35 pro reverencia sancte dei genitricis ipsam decimam dilectis in Christo filiis fratribus de Valle sancte Marie conferre libere, sicut liberam habuimus, dignaremur, mansum unum proprietatis sue in villa Minsleuc situm nobis et ecclesie nostre conferens in restaurum. Quem nos pro resignatione decime predicto principi iure concessimus pheodali et comes